ee ad oris excrementa excipiendũ opportunius, quia nihil
turpius. tanti tam sapiens Vir Nigrã barbã aestimavit.
Sed quid ego his testibus utor, quasi res dubia aut obscura
sit. te quaero, Antagonista, si nunc ex inopinato
Ior flavescit Caesparli conspectui tuo sese obiiceret, an
non tremor membra tua quateret, pavor ac pallor
ora invaderet; horribilis terror crines erigeret? Sed
dices fortassis quid? ergo tu Nigros Daemoni comparas?
Absit Auditores prout absit (esset forte ut stupendas
hallucinarer) absit, inquã, à me tanta audacia. hoc
tantũ dico, tam deformem, tam monstrosũ, tam horren-
dũ Nigrum esse, ut si duo duntaxat cornua ipsi im-
ponerentur, id ipsissimi mali Daemonis vivam
imaginẽ repraesentaret. An non hoc levissimum
discrimen, Auditores? Sed quid, si hoc eodẽ Rufo
imponamus, quid tunc conspiciemus? non Daemonis,
non spectri cuiuspiã infernalis, sed Divini Moysis
effigiem, hic n. Rufus et cornutus fuit. O agite
singularis Rufforũ excellentia ac pulchritudo!
Videte quae qui per eadẽ Sanctissimo Dei fa-
mulo, per quae Nigri infernali bestiae effigiantur
per quã simillimi. Iure igitur meritissimo ille